cepimuſ· in uerbo autem tuo laxa
bo rete· Et cum hoc feciſſent con
cluſerunt piſcium multitudinem
copioſam· Rumpebatur autem rete
eorum· Et annuerunt ſociis qui
erant in alia naui· ut uenirent
& adiuuarent eoſ· Et uenerunt·
& impleuerunt ambaſ nauicu
laſ ita ut pene mergerentur·
Quod cum uideret ſymon petruſ·
procidit ad genua ihesu dicens· Exi
a me· quia homo peccator ſum
domine· Stupor enim circumdede
rat eum· & omneſ qui cum illo erant
in captura piſcium quam ceperant·
Similiter autem iacobum & iohannem
filioſ zebedei· qui erant ſocii ſy
moniſ· Et ait ad ſymonem ihesus· No
li timere· Ex hoc iam homines
eriſ capienſ· Et ſubductis ad terram
nauibuſ· relictiſ omnibus ſecuti ſunt
illum· Off Benedicam dominum· Sec
Oblationibuſ quesumus domine placare ſu
ſceptiſ· & ad te noſtraſ etiam rebel
leſ compelle propitiuſ uoluntateſ· P
Co Unam petii a domino hanc
re quiram ut inhabitem in
domo domini omnibus diebus uite
Miſteria noſ domine mee P co
ſancta purificent· & ſuo munere
tueantur· P Fer iiii Ad timotheum
Karissime· Obſecro primum omnium fieri
obſecrationeſ orationeſ poſtula
tioneſ· gratiarum actioneſ pro omnibus
hominibuſ· pro regibuſ· & omnibus
qui in ſublimitate ſunt conſti

tutis· ut quietam & tranquillam uitam
agamuſ in omni pietate· & caſtita
te· Hoc enim bonum eſt· & acceptum
coram ſaluatore noſtro deo· qui omneſ
homineſ uult ſaluoſ fieri· & ad
agnitionem ueritatiſ uenire· Unus
enim deuſ· unuſ & mediator dei·
& hominum homo chriſtus ihesus· qui
dedit redemptionem ſemetipſum
pro omnibus teſtimonium temporibus ſuiſ·
in quo poſituſ ſum ego predicator
& apoſtoluſ· Veritatem dico non mentior·
Doctor gentium· in fide & ueritate·
In illo tempore· Secundum Matheum Fer iiii·
Reſpondenſ ihesus dixit· Confiteor
tibi domine pater celi & terre· quia
abſcondiſti hec a ſapientibus & pru
dentibus· & reuelaſti ea paruulis·
Require Dominica v· poſt epiph·
In illo tempore· Secundum Marchum· Fer vi·
Offerebant ihesu paruuloſ· ut tan
geret eoſ· Diſcipuli autem commina
bantur offerentibuſ· Quoſ cum uidiſſet
ihesus indigne tulit· & ait ad illos·
Sinite paruuloſ uenire ad me·
Talium eſt enim regnum celorum· Require
Dominica iiii· poſt epiph· Fer vi·
Dominus fortitudo Dominica v· poſt
plebis ſue & protector ſalutarium
chriſti ſui eſt· Saluum fac po
pulum tuum domine & benedic he
reditati tue & rege eoſ uſque in
ſeculum· P Ad te domine clamabo
deuſ meus ne ſileas a me nequando ta
ceas a me· Euouae· Coll
Deus qui diligentibus te bona inuiſi

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 1, fol. [D]r – Noted missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-70c4/7088/57968)